Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

"Septem sunt pene, quas pacietur misera anima, cum de corpore egreditur"

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

letitia et corona perpetua Unde quidam sapiens dixit
perpetuum gaudebunt quos gaudia summa replebit
et quos illustrabit quos semper letificabit Visio sancta
dei splendorque sue faciei etc.

Septem pene quas patiuntur anime

Septem sunt pene quas patietur misera anima
cum de corpore egreditur ad reddenda debita producitur
Prima pena est visio demonum que est tam horribilis — i
quod anima pateretur illa hora libentius omnia presentia
tormenta quam illam solam penam quod tam horribi-
les demones videt qui non solum eam terrent
sed et irrident et insultant ei dicentes illud quod dicit
Jeremias hec est dies quam expectabamus invenimus
vidimus Idem viderunt eam hostes et deriserunt sabbatha
eius Et dicit dominus per Amos prophetam detestor ego superbiam
Jacob et domos eius odivi et tradam civitatem
cum habitatoribus eius idest cum demonibus Secunda — 2
pena est quod ducitur ad aquas frigidas sive frigidis-
simas infernales et ibi torquetur quas etiam
frigus nullus potest corpore aliquo sermone nec aliqua
lingua narrare Unde Job transibunt ab aquis
niveis ad calorem nimium etc. Tertia pena est — 3
quod ducitur in ignem infernalem et ibi cruciatur
quod tantum urit et calet si esset possibile quod omnes
aque maris et mundi transirent in illum locum sive
ignem quod unam scintillam non possent extinguere
de igne illo Unde propheta ignis ante ipsum precedet et in-
flammabit inimicos eius Quarta pena est quod ducitur — 4
ad tantas tenebras que etiam in tantum sunt tenebrose
quod dicuntur esse palpabiles ibi ligatur ibi cruciatur
ibi torquetur super modum Unde dominus in evangelio ligatis
manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores Quinta pena — 5
est quod veniet in locum desperationis ibi quedam est
fovea in qua ponitur ibi querunt mortem et non in-
venient et desiderabunt mori et mors fugiet ab eis
Sexta pena est quod videt vermem qui mordet eam — 6
idest conscientiam que pena maior est quam alie omnes pene
quas sustinet Ita tamen eam cruciat sicut illud solum
quod numquam scit se liberari Unde ysaias vermis eorum — iii

non morietur nec ignis eorum extinguetur Septima pena
est quod corpus suum miserrimum adhuc debet reuniri
cum anima vnde iudicat reddite ei duplicia etc.

Legitur in libro dyalogo de quodam monacho qui
credebat esse sanctus atque cum venisset conuentus circa
exitum eius dixit monachis Recedite recedite quia datus
sum draconi ad deuorandum quia cum cum pretenderem
me ieiunare et ducere vitam continentem in publico comedebam
in occulto et quia habebam opera non vera data est
contra me dampnationis sententia et propterea hoc dixit
sanctus cristus Ve ergo illi qui vult ingredi terram
duabus viis quia per eam discipline effugiet vitam etc.

De Superbia

Sacerdos enim quidam
nimis abhorrens peccata cum quidam peccator confiteretur
ei ad singula peccata spuebat cum confitens ergo in peccatis
ad minora cum sentiret si maiora confiteretur vos
vomere cogeret Et sic recessit sine fructu confessionis
propter superbiam confessoris etc. etc.

Non cognoscunt peccata sua.

Legitur quod duo fuerunt homines de bono genere sed male
factores quorum vnus fuit iudicatus ad excecationem
oculorum alius ad suspendium Sed quia ante sua maleficia
fuerant amici et familiares iudicis impetrauerunt ab ipso
vt vnus eligeret clauum quem vellet cum quo oculi
sibi eruerentur Alius cum eligeret sibi arborem in quo
suspenderetur Ad diuersa ergo loca ducti sunt sed nec
ille clauum nec alius arborem ydoneam inuenerunt
Ita non faciunt isti qui volunt in peccato suo et in malicia
sua gloriari Omne enim prohibitum vel quid est aliud
quam pena clauus eruens oculos mentis et
arbor infernalis peccatoribus suspendens et tamen hunc
clauum et hanc arborem spontanee eligunt illi qui
cognoscentes peccata sua illa defendunt et contra
correpcionem contempnentes insurgunt et in ipsis gloriantur et perseuer-
are volunt

Quare homo debet lacrimas emittere pro peccatis

Moyses ad dominum. Domine audiui clamorem populi
tui aperi eis fontem aque viue et cetera aperuit eis
dominus fontem in petra et ipsi biberunt et in mente spiritualiter
Sic nos clamare debemus ut de petra cordis nostri